DE CHIRURGIÆ PRÆSTANTIA ANIMADVERSIONES QUAS PRO LAUREA MEDICA...

Giovanni omonimi non identificati Carraro (omonimi...

DE

CHIRURGIÆ PRÆSTANTIA ANIMADVERSIONES

QUAS PRO

LAUREA MEDICA OBTINENDA

PROPONIT

CARRARO JOANNES

CHIRURGIÆ DOCTOR

ARTISQUE OBSTETRICÆ MAGISTER

PATAVII

TYPIS CARTALLIER

1837

AVUNCULO PERAMATO

TOT ERGO BENEFICIORUM

IN GRATI ANIMI SIGNUM

HASCE PAGELLAS

NEPOS DICAT

Ab eo usque temporis quo homo potentiis nocentibus subjectus fuit, videlicet statim ac ipse vita physica cum animali simul gavisus est, necessitas illam tuendi est oborta; hinc medicinam instinctu indigitatam, et couservationis amore genitam fuisse luculenter patet.

Altus ille et generosus qui hominem ab aliis entibus organicis praestantiorem reddit, humanitatis sensus, in corde illius primum sese evolvit qui similem suum vulneratum a venatione aut a pugna redeuntem vidit, et aegritudinem suam mitigare et auferre conatus est. Nobilis affectus, communes habendi aerumnas patri, sponsae, fratri, amico effecit ut Medicinam et ipsam colentes summa existimatione cumularentur.

Ferrum esset vel pharmacum, quo homini aegra pristina firmaque restitueretur sanitas, modus uterque aeque sanctus censebatur; neque antea chirurgiam artem, Medicinam scientiam appellare solitum erat, quam clamitaretur · *Ecclesia abhorret a sanguine.* Utriusque limites hinc constituti fuère; et dum opera manus Chirurgia praedicabatur, *quod in therapia mechanicum*, nobilis haec scientia a rudibus et indoctis cultoribus vitupera-

batur scientia profecto, Pearsonio teste: « Se quindi per scienza intendesi *una cognizione delle leggi della natura*, quegli che conosce tutto ciò che si sa dell'ordine e del metodo della natura nella produzione, nei progressi e nella terminazione delle chirurgiche malattie, merita il titolo di pratico scientifico, del pari che il medico bene istrutto. Le parti pratiche della medicina e chirurgia sono assai frequentemente separate, ma la loro teorica e i principii sono indivisibili, come quelli che costituiscono una sola e medesima scienza » Qua de re pariter ac Medicina scientiae culmen et Chirurgia attigit, neque modo mechanicae nomen sibi adjungi meretur: quin immo ingenium et experientiam expetit, ut Bichat monet, alterum nempe ad sternendam viam, altera ad illud dirigendum et efformandum; adeoque rarum est utrumque invenire, ut quidam philosophus dixerit: *essere tanto rari i grandi chirurghi, quanto il genio, il sapere ed i talenti*.

Immerito itaque ars chirurgica nobilitatem amisit quum, aliter inspecta a veteribus, a medicina segregata fuit: injuste factum, quod tunc mechanicae artis nomen fuerit adepta; ars quidem erat, quia tempora sic jusserant, non quia reapse talis esset. Sed ejus cultores summo ingenio praediti contra inscientiam profanorum, qui eam indocte exercebant, ab ignominia Chirurgiam vindicarunt, et scientiam esse praedicaverunt. Pariter ac Medicina scientia est, si una cum ipsa ad eundem tendit finem, ad sanitatis videlicet conservationem, et morborum sanationem, solum quoad modum differt; dummodo uniuscujusque limites adsignentur. Nam si in valetudinibus ab illa pharmacis, ab hac manus opera salus est ripristinanda, quis non videt aliquando fieri ut haec alterius egeat ope, quin a propria semoveatur sphaera? A medico foro amovere vellemus morbum qui a chi-

rurgico ferro, et contra, a chirurgico illum qui a pharmacis sanatur?

Quum tamen inter duas scientias distinctio sit agnoscenda, confitendum est quod perdifficile limitari possint, atque si in modo vix limites cernimus, eo minus in causa adparet. Materialis sit causa quae morbum genuit, foro semper chirurgico pertinebit: dynamica sit, et quis curam aegroti tantum pharmacis tradere auderet? et haec ratio postrema curandi quamquam primo visu impossibilis videatur, attamen semper mutationibus, quae deinde omnino materiales sunt, conjungitur.

Opaca transudatio quae radiis luminosis interponitur, hypertrophia vel hypersarcogenesis, polypus, aneurisma et alia morbosa producta frustra dynamice auferre conamur, nam quum materialia sint, mechanicam exposcunt curam. Neque a Chirurgiae dominio tollendi sunt morbi qui tantum externis pharmacis sanantur, quare semper et omnes rati sunt alterationes organicas textuum et vitales quae externum adficiunt, externis remediis vel operationibus curari posse.

Attamen si ita hanc adspicimus in dominium alterius vagare, qualis harum certitudinem et efficaciam adauget illius in cujus subsidium vocatur? Inspice aegrotantem qui ob praegressam aut latentem phlogosim, et ob successam fluidi collectionem, in cerebri, pectoris, aut cujuscumque visceris functionibus turbatur, quot pharmaca sunt illi sumenda, antequam, et hoc raro, perfecte sanetur? Frequentius vero morbus chirurgo indiget, qui collectionem, sedem indigitans, juxta sana a ratione deducta principia in viscera beneficum ferrum figere audet, quo pluries aegrotum restituit jam solis pharmacis insanabilem.

Chirurgia itaque propter suae methodi demonstrativam evidentiam, et propter efficaciam medicina superior

avadit: et veritas haec quam ipse confessus Hippocrates his verbis: *quae medicamenta non sanat, ferrum sanat; quae ferrum non sanat, ignis sanat; quae ignis non sanat, insanabilia*: a nobis quoque confitenda est. Attamen talis certitudo et efficacia illi propria quum de physicis laesionibus sermo sit, decidit si a limitibus exeat in quibus cum Medicina confunditur. Scirrhi, cancri, strumae et fungorum genesis et conditio utrique sunt arcana; et dum illa pharmaca empirismo praedicat saucita, ista ablationem jubet, et ablationem in illis casibus tantum quum alia indicia ab experientia suggesta ipsam exequi posse concedant; quanquam etiam haec auctoritas pluries in dubium vocetur. Quibus autem in morbis tam certa ostenditur Medicina? Non ne habet dogmata sua? Non ne specifica? Et morbi illi in quos haec ultima adhibentur ab ipsis revera non profligantur? Num evanescit febris, quam tanto ardore et lethali adspectu comparuit? Non detegit illam, quae decipiens insidias vitae radicibus instruebat? Et alia plura hujusmodi proferre possem, nisi facilius remedii efficaciam, quam artis praestantiam demonstrare metuerem.

Nihilominus quam felix Medicina quum de phlogosi sermo sit? Inveniatur haec vel in circulationis centro, vel in peripheria, adficiat viscus vel totum systema, quomodo methodum curativam variat, et quot verba et argumenta profert! Sed quum propius accedo quantum in ejus varia curandi ratione medicinam chirurgiae, sive manus ope egere non video? Vesicatorium, balneum, locales depletiones, omnia quod uti derivativum adhibetur, et communissima operatio, venaesectio, aut aliqua alia tam frequenter in usum veniunt, et tam Medicinae dominio mos subjecit, ut ea nemo nunc negare medico auderet. Veruntamen sunt operae manus chirurgo pertinentes, atque error tunc fuit quum distinctio has inter instituebatur

tur. Diutina experientia nos docuit remediorum internarum usum non tantum in morbis a chirurgica arte sanandis necessarium, sed quoque morbos esse medicinae pertinentes in quibus saepe saepius symptomata morbosa occurrunt quae chirurgico subsidio et ingenio indigent. Serosam effusionem, uti mentionem fecimus, in cavitate factam tollere conatur medicus, et dum remedia vitam, juxta ejus sententias, deprimentia vel excitantia adhibet, nihil proficit, usque dum ferrum chirurgicum obveniat atque cavitate a fluido liberata, medicus majori spe accedere et curam radicalem tentare possit. Sic spasmi praesentiam a febre symptomatica ad vesicam delati, per quem haec contentum emittere nequit, frustra ille pharmacis auferre conatur, usquedum chirurgicum afficium in auxilium petere cogitur. Et irriti quidem nisus evanuere illius, qui vesicales calculos solvere curabat, cum illi tantum concederetur damnorum curatio, et vitii ex quo efformabantur correctio. Aneurismati quoque parum certe medicina proficere poterat, nisi plerumque a chirurgia auxilium petisset.

Sed partis studia laborare viderer si statuerem Chirurgiam non comitem, at potius ducem esse Medicinae; ab ipsa vias prosterni, ab ipsa luminosam medicam scientiam fieri, ab ipsa sanitatem aegros agnoscere. Et profecto si eam videre nolumus sub artis mechanicae adspectu, quod tunc nisi ferrum et manuale exercitium exposceretur, medicinae conjunctam semper videmus; quum nobis a suis limitibus chirurgiam expellere et medicinae subjicere in animis non sit.

Neque unquam existimatum fuit, quod phlegmon chirurgiae pertinens, curatorem alterum propter pharmaca, alterum propter locales adplicationes exposceret; neque unquam instauratores, vel duarum scientiarum sejunctores, chirurgum ad crystallini depressionem, vel

ad intestini incarcerationem tallendam, et medicum ad quietem, obscuritatem, et purgantis praescriptionem necessarium esse putarunt. Retineatur chirurgus tam in arctis limitibus et tunc profecto Chirurgia ars erit existimanda, ast scientiam esse demonstravimus, et si propter remediorum efficaciam et certitudinem alteram superat, hanc ob rationem immo honore prosequi meretur et ditione illa gaudere, quam nunquam Medicina usurpare tentavit.

Subjecta chirurgum sequitur, et quum de operandi necessitate decretum est, medicina ipsa se profert, nec unquam defuit dum de aegro praedisponendo agebatur: febris hectica, quae in vastis obvenit suppurationibus, hae ipsae prava indole, et cicatrisationi adversantes, symptomata non raro hydrargyrum sequentia; variae adfectiones biliosae, et viarum intestinalium, nevroses, apoplexiae, convulsiones, mania, a capitis vulneribus prodeuntes, tetanus et trismus qui in calidis clymatibus vulnus punctorium sequuntur, diathesim obtemperare arthriticam, scorbuticam syphiliticam, herpeticam, cancerosam, argumenta omnia sunt quae medicum auxilium exposcunt: eorumque vox adeo est imperans, ut eam nisi rudis et mechanicus chirurgus audire nequeat.

Si tam patet nexus inter scientias utrasque, ut hanc ab altera sejunctam cernere nequeamus, et viceversa, si optimum chirurgum adpellari non posse agnovimus, qui medicis notionibus caret; et si ille felix medicus esse non meruerit, qui interdum chirurgiae subsidium non invocaverit, evidenter adparet quomodo deciperentur qui eas sejungere tentaverant, atque concilium Tours (1163) in hoc est exprobandum, quod Ecclesiasticis et Haebreis operationes cruentas exequi defenderit, tali modo originem praebuit illi divisioni, quae tam stricte postea servabatur. Qua prohibitione egregia haec pars salutaris artis per fo-

ra vagata fuisset, nisi orta essent ingenia, quae veritate principiorum cognita, sese defensoras protulerunt, et arenam sponte adeuntes contra ignorantiam et dolum strenue pugnavere.

Tunc optimi hinc inde surrexere, atque Benevieni aliique Itali, qui ad Chirurgiae progressum Arabum complicationes deserere et naturam consulere docuerunt; tunc necessitas hujus scientiae cognita fuit, et quam barbara antea pertractaretur. Non amplius ergo membra oleo et bitumine ferventi immergebantur, non amplius corpus vivens pessumdabatur, sed Chirurgi ab anatomia edocti, ab artium, physices, et mechanices progressibus adjuti, epocham chirurgiae faustiorem solbertare conati sunt.

Secare igitur parietes abdominis ad profundiores detegendas arterias, et vas quadcumque ligare, sanguinemque cogere alias sibi viam sternere, effectus studii et anatomes fuere. Non amplius pectus vulnerandi, aut car, aliave viscera inquirendi, horror animos deterrebat; neque arteriam laedere minus timoris quam nunc abscessum aperire incutiebat. Tunc facile fuit protrusum vel incarceratum intestinum reducere, neque amplius instrumentorum introductionem inter meninges, in glottidem, vel in aesophagum metum incutiit. Vesicae punctura sicuti ejus sectio tantam successu temporis perfectionem adepta est, ut omni metu remoto numerari partes poterant, quae sub ferro caderent. Gbenia mirabili ingenii conatu solvere calculos tentavit, et ab Italo inventum hoc excogitatum lucem praebuit, quae viam lithotrithiae comparavit.

Et tu, Italia, maximam gloriam istorum adipisceraris!

«. . A tutto il mondo è notissimo che alla testa delle scientifiche spedizioni sono sempre comparsi i non molli, nè infingardi, nè balordi Italiani, e che eglino seppero scevri di pretensione e d'orgoglio inseguarono alle altre nazioni la vera

tattica filosofica . . . Gli ausiliarii d'oltramare, e oltramonte giacevano tuttavia nell'ignoranza e nel sonno, quando il vittorioso Italiano abbatteva gli Idoli dell'errore, e forzava la Natura a capitolare e consegnargli le chiavi dei suoi segreti. Ed ora che le verità capitane sono venute per lui in potere della filosofia, ora che gli ausiliarii abbandonato il letto e la tavola irrompono a far bottino, e scrivono superbamente la storia dei conflitti accaduti, perchè gli ultimi a pigliar le armi si presentano i primi alla divisione de' premii? Perchè si cancellano dal catalogo del valore i canuti ed intrepidi veterani, e strascinansi nella polve i sacri loro cadaveri? Perchè invece di baciarne le piaghe si maledicono? Perchè insultasi crudelmente al dolore dell'antica lor Madre, vituperandola come l'ultima delle donne, angosciandola come Madre di neghittosi, di storpii di ciechi . . . (*).

Et eo in solo quod primum incunabulum scientiarum fuit, in solo quod ingenia, per quae eternum ejus nomen factum est, nutrivit; in solo ubi nusquam inferior fuit ars salutaris; quod primum Chirurgiae et Medicinae scientifica praecepta dictavit, quod primum caecam servitutem et devotionem erga Arabas propulsit, et primum radices fixit arboris illius, cujus fructus maturi vel acerbi subrapti in alienis regionibus felici quodam fato germinarunt, in eo solo vocem nemo attollet, dum praedatores injusti nostras auferunt glorias, nec furtum arroganter negant?

Quomodo de Italia loquuntur extranei? Cur nomina silent illorum per quos eorum gloria evehitur? Quorum major ignominia, vel illorum qui scribentes, excelsos viros, quos magistros agnovimus ignorarunt, aut illorum scien-

(*) Monti — *Obbligo di onorare i veri scopritori del vero in fatto di scienze.*

ter obliti sunt; vel nostra culpa eorum gloriam non vindicantes? Quam parca laude de nostris viris loquuntur, aut illos tantum extollunt de quibus silere impossibile esset? Si scirent quibus nominibus gloriamur, nos tam parvi haud facerent, et opprobriosum esse hujusce nationis literariam historiam ignorare viderent, atque illis confitendum esset, ante ipsos, maximos apud nos fuisse Celsum, Heliodorum, Scribonium, Petrum Aponensem, Thaddaeum e Florentia, et Rugerum et Rolandum e Parma; neque minus scientiam extulisse Brunum, Theodoricum Cervias Episcopum, et Hugonem a Lucca; sicuti Lanfranchi Mediolanensem, Taghacozzi, eorumque coaevos; neque nomina Benevieni, Benedicti, Falloppii, Eustachii, Mercurialis, Berengarii, et Aquapendentis, Joannis a Vigo, Alfonsi Ferri nobis esse ignota, aut eorum scripta pulvere apud nos obtecta jacere. Recordamur etiam illa Bartholomaei Maggi, Joannis Romani, Marianni Sanctes, et Octaviani de Villa, quorum omnium ope, et caeterorum quorum mentionem facere longum esset, agnavit Italia (si non exterae nationes) potiora praecepta ad externorum morborum curam oborta fuisse, quomodo ipsorum ope ars salutaris progressa fuerit, et quomodo majorum inventorum et operationum originem inter ipsos quaerere oporteat.

«......Per noi si è imparato ragionare la Medicina, per noi sono cadute le arabiche ed empiriche speculazioni, per noi ha sentite le leggi del calcolo tutta l'economia del moto animale, e si è messo sulla bilancia perfino la traspirazione. Creatori noi soli della scienza anatomica noi l'abbiamo pur'anco arricchita delle più importanti scoperte, e non paghi di aver rivelato le maraviglie del corpo umano, abbiamo portato il ferro anatomico nelle fibre, nelle vene, e nel cuore de' vegetabili. E nel momento in cui fremo nel ricordare di qual crudela mercede

si pagano i benefizii è forse spenta in Italia la generazione dei Saggi che la fecero un giorno sì gloriosa? Non veggo io qui rediviva un Malpighi? Non è forse in questa terra medesima che il genio Italiano coi contatti metallici ha strappato alla natura, non è pur molto, il più prodigioso dei suoi segreti? . . . :: (1)

Et dum de istis sermonem teneo vehementior in corsanguinem irruere sentio, si ad mentem Columbum et Caesalpinum revoco. Aufert primus velamen atque transitum sanguinis ad pulmones explicat strenuior alter aciem oculorum introrsum figit, et cordis motum detegit, undam sanguineam sequens per arterias et venas, sua inventione beatus gaudet, cum repente Anglus palmam ei arripit, et primus circulationem clamans, uno fere ictu totum honorem Italorum nisu partum colligit.

Atque in Medicinae fastis alienigenae aegro recordantur animo hoc nomen, et parce de illis loquuntur quorum nomina nequeunt ignorare. Nostrum est opprobrium, si quum de nostra gloria agatur nostros abripi lauros turpiter sinimus. Sciant omnes hic artem salutarem incunabula habuisse, omnes Chirurgiae operationes vel ex maxima parte apud nos conceptas fuisse. Nos in cerebro penetrare ausimus, et primum a nobis de artuum amputatione praecepta data fuere, in hoc solo rhinoplastica fuit docta, atque in aesophagum penetrandi possibilitas demonstrata, vivunt adhuc in mentibus nomina Valsalvae, Benevoli, Severini, Genga, Marchetti, Bianchi, Angeli, Guattani, etc. propter quos aneurismatis operationis historia et progressus apicem perfectionis tetigerunt.

Quis primus nisi Italus methodum praebuit vesicam secandi? Nimis longum et vanum foret omnes operationes enumerare, nam cunti de earum historia eruditi primi

(1) *Monti - Loco citato*

inventoris nomina bene noscunt. Neque tanta luce in Europa fulgente, ignava, iners adpellari potest Italia, quod nos quidem gloriari possumus nominibus Troja, Mattani, Berlinghieri, Lotteri, Brambilla, Buzzi, Flajani, Monteggia, Assalini, Volpi, Malacarne, Palletta etc. et Scarpa unius ut de tot aliis taceam, quorum opera et fama adhuc in aurium omnium sapientium resonant

Et nos profecto quacumque alia natione haud minores minime cedimus, usquedum vivit et honore adficitur amor scientiarum et veritatis; neque nobis erubescendum, si inter nos vivit, et ille qui illacam primitivam lagare ausus est (1), et ille qui magna cum dexteritate calculum in vesica infringit et friat (2); et ille qui intestinum ad suam sedem repellens naturam ipsam ad transitum praecludendum cogit (3). Et nostri sunt et in Italia nati novae doctrinae medicae canditores. Hic lucem viderunt Ramazzini, Baglivi, Morgagni, etc. . . . hic Fanzago, Bufalini novae pathologiae praecepta dederunt, quibus mens humana nil poterit auferre, hic Rasori, Borda Italae scholae fundamenta jecerunt, et nomina Tommasini, Geromini, Giacomini Deus avertat quod nunquam a fastis Italae Medicinae deleantur.

Scientiarum Mater consolare, tu es adhuc illustrium virorum parens, tua proles est pulchra et prospera, haereditas tuis liberis donata, talis est quae illos nisi divites apud alias gentes, tamen reddit existimatione dignissimos.

(1) *Doctor Samuel Medaro primus, Veronae iliacam externam prospero eventu ligavit*

(2) *Expertissimus in hac operatione Taurinensis Chirurgus Colheux.*

(3) *Praeclarissimus Professor Bartholomaeus Signoroni, qui a periculosa infirmitate plures cum speciosa et felici Chilissochisoraphiae methodo abripuit.*

THESES DEFENDENDAE

1. Tubercula a phlogistico processu enascuntur.
2. Haemophthisis tubercularis non a tuberculorum irritatione oritur, sed ab apoplexia pulmonali Laennecii, idest ab exaltato vitali processu cujusdam partis pulmonis, ubi tubercularis substantia originem ducere potest.
3. Processum irritativum concipere nequimus, quin illum gradum primum inflammationis consideremus.
4. Inflammatio unica et inalterabilis varimode modificatur juxta varios quos afficit textus.
5. Quod inflammatio per varios textus modificetur, cura hyposthenisantium demonstrat, non ab uno, verum a pluribus hujusce classis remediis desumpta.
6. Morbi distinctio in substantivum et symptomaticum frustranea; cum morbi omnes stricto sensu substantivi sint.
7. Frequentiores ac antea existimabantur sunt organicae cordis alterationes, et profecto plurimae victimae.
8. Facile fungi cujuscumque benignitatis character decipit, et cito vel serius constitutionalem induit formam.
9. Hysterismus et hypochondriasis, vel nervosae aliae et obscurae nervorum adfectiones, minime pro dynamicis tantum adfectionibus sunt habendae, verum-tamen materialibus.
10. Electricitas prae tribus aliis fluidis imponderatis non paucos debet morbos ingenerare, vel nervorum, vel illius organi cujus in contactum venit.
11. Aër humidus et effluvia mephitica, utpote quae cutim pravum electro-ductorem reddunt, sic catarrhis possunt, vel phlogosi aliae ipsi cuti propriae, favere.
12. Curae prophylacticae verbum, medice et rationaliter loquendo a sana critica, non est admittendum.